



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Matthaei Tympii Aureum Specvlvm Principvm,
Consiliariorvm Iudicvm, Consvlvm, Senatorvm, Et Aliorvm
Magistratvum Cvm Ecclesiasticorum tum Politicorum
omnium**

Tympe, Matthäus

Coloniae Agrippinae, 1617

29 Censuras Ecclesiasticus admodum reuereri, & ob separationem à
diuinis officijs vehementer contristari.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52641)

Reip. moderatori beata ciuium vita proposita est, vt opibus firma, copijs locuples, gloria ampla, virtute honesta sit. Zeno dicebat, decorandas esse vrbes, non tam pretiosis ornamentis, quàm inhabitantium virtutibus. *Stob. ser. 41.*

Xenophon, in memor. Socr. lib. 3. Hoc fine eligitur Princeps, non vt se molliter curet, sed vt per ipsum ij, qui elegerunt bene beateq; agat. *Cyrus Rex Pers.* boni pastoris & boni Principis officia similia esse dicebat, Vt enim boni pastoris est, bene pascere; sic ad bonum Principem spectat, vt diligenter gubernet ciues sibi à Deo commissos, omniaq; legibus prohibeat, quæ in Reip. perniciem vergere videntur.

SIGNVM XXIX.

CENSURAS ECCLESIASTICAS *Censuras*
admodum reuereri, & ob separationem à *Eccles. re-*
diuinis officijs vehementer *uereri.*
contristari.

CVM *Philippus Imp.* ingredi vellet Ecclesiam, *Euseb. lib.*
Summus Pontifex *Fabianus* coram omni- *6. cap. 27.*
bus ipsi præcepit, ne Ecclesiam ingrederetur, quo- *Niceph. lib.*
usque perfecisset publicam poenitentiam pro *5. 25.*
quibusdam grauib; suis peccatis. Cui præcepto
statim *Imp.* maxima cum humilitate morem ge- *Imp. alacri*
rens, tamdiu abstinuit ab Ecclesie ingressu, donec *animo &*
barentur astricti, locumque poenitentiam agentium *lubenti &*
agentibus præstitutum occupabant, se sua sponte *piscopo mo-*
collocauisset, & publicam poenitentiam sibi in- *rem gerit.*

iunctā expleuisset, indutus sacco, & capite asperso cinere, &c. Vide *Thema Orat. de Pœnit.*

2. Quam seueram *Theodosius Imp.* metuens concursam Ecclesiæ, egerit pœnitentiam, prolixè incipit referre *Theodoret. lib. 5. cap. 17.* C. Thessalonica seditio concitata esset, Magistrum aliquot obruti lapidibus fuere, & grauibus tumelijs vexati. Quibus rebus nuntiatis, Imperator bile accensus, flammam neutiqum repressæ iracundiæ, neq; freno rationis eius impetum contulit &c. Lector pulcherrimâ & prolixâ hystoria petat ex *Theodoro*, vel ex *Tô. 4. Baronij*, An. Christi 390. & mirabitur pœnitentiâ *Theodosij* & eiusdem dolorem ob Excommunicationem.

Vide Paulinum in vita S. Ambrosij.

Vide Baron. Tom. 5. Ann. Christi 425.

3. Vir quidam, ait idem *Theodoretus, lib. 5.* vitam excolens Monasticam, animo paulo maiore præditus, ad *Imp. (Theodosium Iuniorum)* cuiusdam petendæ gratia accedit. Quod cum prius fecisset, Imperatori Ecclesiastica interdictio, cõmunionem, vinculoq; Ecclesiæ ei iniecto, didicit. Imperator autè fide cum primis excellenti Palatiû veniens, cum tempus instaret conuincendi omnes cõuinæ adessent, dixit se nõ prius carcerum eibû, quam Ecclesiæ vinculo solueretur. Inde vnû ex familiarissimis ad Episcopum miserat, vt potestatem faciat ei, qui ipsum ligauerat, vinculo soluendi. Cum autè Episcopus respondisset, nõ debere cuiusquã vinculum admittere, signum cassetq; eû solutum esse: nõ tamen solutione contentus fuit, donec ille, qui eû ligauerat, magno cû labore cõquisitus, cõmunioni restitutus. Huiusmodi erat Imperatoris erga leges diuinas fides. Hæc *Theod. & Niceph. lib. 14. c. 4.* & alij. Iud fortasse ex institutione *S. Soteris Theodosij*

Nota magnam animi demissionem cum religione coniunctam.

Vide de humilitate.

mente versans de seruis Dei dictum: *Qui benedixerit tibi, & ipse benedictus erit: & qui maledixerit, erit maledictus.* Num. 24. v. 9. Hanc ob causam absque armis immanissimos fortissimosq; barbaros debellauit, & (sicut Debora cecinit Iud. 5.) *de celo dimicatum est contra eos.* Contra sepe cōtigit videre Christianos Principes parui facientes censuras ecclesiæ, & ecclesiastica iura calcantes, robustissimos licet pararint exercitus, atque classibus mare replerint, aduersante illis Deo, omnium iacturam fecisse, non hostibus solum pugnantibus, sed ipsis etiã elemētis in vltionē violatæ religionis exurgentibus & sacrarū legū cōtēptū, ac Dei ministrorū oppressiōne vlciscētib⁹.

4. Cū *Henricus II. Rex Angliæ* iussisset occidi D. Thomam Archiep. Cantuariensem, vt satisfaceret Deo & hominibus, nudis pedibus incedebat ab ecclesia S. Dufstani vsq; ad ecclesiā maiorem, in qua sepultum erat corpus S. Thomæ. At perueniens ad iānuas ecclesiæ prostravit se, & orauit, & ingrediendo ecclesiam quamplurimas effudit lacrymas, & confitendo peccata sua coram Archiepiscopo, maximo cū tremore & reuerentia adhæsit eiusdem sancti sepulchro, innumeras effundens lacrymas, & cū scapulas nudasset, fuit cæsus non solum à quinque Episcopis circumstantibus, verum etiam ab octuaginta monachis, &c.

5. Cū *Arcadius Imp.* cum Eudoxia vxore ab Innocentio I. excommunicatus esset, confugit ad saluberrima pœnitentiæ arma, & vsque ad eodē demisse ad Pontificem scripsit, vt meruerit absolutionem. *Vide Signum 35. & in Theatro historico pœnas contemnentium excommunicationem.*